

Reformstatuten (charta visitationis) für das Kloster Sonnenburg. Im Auftrag des NvK visitieren die Äbte von St. Peter zu Salzburg, von Ebersberg, Ettal und Weihenstephan sowie Prior Bernhard von Waging und Bruder Eberhard von Tegernsee die Benediktinerinnenabtei Sonnenburg. Aufgrund der im Kloster festgestellten Missstände erlassen sie ausführliche Statuten. Sie erläutern den Ablauf des Chorgebets, die Pflichten der Äbtissin und das Armutsgesetz. Ferner schlagen sie die Einsetzung eines weltlichen Verwalters der Stiftstemporalien und die dauerhafte Installierung von reformierten Benediktinermönchen als Beichtväter und von reformierten Benediktinerinnen zur Unterweisung der Nonnen vor. Darüber hinaus regeln sie Einzelheiten zum Speiseplan, zur Kleidung der Nonnen, zur Ausstattung der Zellen, zur Aufnahme von Novizen, zur Behandlung von Kranken, zu den Kapitelversammlungen sowie zur Einhaltung der Klausur und des Schweigegebots. Ferner ordnen sie umfassende bauliche Veränderungen in der Abtei an.

Or., Perg. (aufgedrückte Siegel der vier Äbte): BOZEN, StA, U 685 (Lade 19 Nr. 12 E; = B; fleckig, zum Teil kaum leserlich); MÜNCHEN, HStA, Kloster Sonnenburg, U 18 (= M); INNSBRUCK, TLA, Stift Sonnenburg, U 95 (= I).

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 12 ad E; (J. Resch, 18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Hs. E 14 p. 59-68.

Deutsche Übersetzung (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Cod. 2336 p. 197-214.

Teildruck: Jäger, Streit I 133-135 Anm. 54-63.

Regest: Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII Nr. 1961b; Jäger, Regesten II 159; L. Santifaller, Urkunden aus dem Archiv des Klosters Sonnenburg im Pustertal, 1120, 1284-1455, in: Tiroler Heimat NF 5 (1932) 56-103, hier 89f.

Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 399f.; Jäger, Streit I 133-135; Vansteenberghe, Le cardinal 149; R. Humberdrotz, Die Chronik des Klosters Sonnenburg (Pustertal) I (Schlern-Schriften 226), Innsbruck 1963, 19; W. Höver, in: Verfasserlexikon 1 (1978) 780; Spahr, Frauenstift Sonnenburg, CGS 316; Gismann, Beziehungen zwischen Bayern und Tirol 610 Anm. 119; Käßler, Die beiden Frauen 31; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 181; Hallauer, NvK und die Visitation 88f. (ND 2002, 246); Hallauer, Bischof und Landesfürst in Brixen 24f.; Baum, in: Germania Benedictina III 3, 648; Rinser, Tegernseer Kosmos 211.

Unser Text folgt dem Original B aus der Kanzlei des NvK. Die Varianten der anderen Originale I und M sind verzeichnet. Der Text wurde zudem mit verschiedenen Reformstatuten verglichen, welche aufgrund der Überlieferungsgeschichte als Vorlagen für Nr. 4248 in Frage kommen. Da der in Z. 14-21 genannte Visitationsbericht der am 29. November 1453 durchgeföhrten Visitation von Sonnenburg nicht aufgefunden wurde (s.u. Anm. 6), kommt dem Entwurf von Reformstatuten (Nr. 3739), der auf ebendiese Visitation zurückgeht, primäre Bedeutung zu. Darüber hinaus war die Reformcharta für das Frauenkloster von St. Peter zu Salzburg vom 7. Dezember 1451 (s.o. Nr. 2084) zu berücksichtigen, zumal sie schon für den Entwurf Nr. 3739 musterhaft herangezogen worden war (s.o. Nr. 3739, Vorbemerkung). Zu beachten war ferner die Visitationscharta für das Benediktinerinnenkloster auf dem Nonnberg in Salzburg vom 8. Dezember 1451 (s.o. Nr. 2085), deren Kopie ebenfalls zusammen mit den Akten zur Sonnenburger Reform in den Beständen des Hochstifts Brixen überliefert ist (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A). Da diese Kopie autographe Marginalien von der Hand des Salzburger Professen Rupert Keutzel trägt, der als Begleiter des Salzburger Abtes Peter Klughamer an der Visitation teilnahm (s.o. Nr. 4234), ist anzunehmen, dass die Kopie im Zuge der Visitation vom Februar/März 1455 in die Archivbestände des Hochstifts Brixen gelangte und ebenfalls als Vorlage für Nr. 4248 diente. Da sämtliche als Muster in Betracht kommenden Visitationsurkunden für Frauenklöster auf deutsch verfasst worden waren, wurde ebenfalls das lateinische Visitationsformular zum Vergleich herangezogen, das die von NvK ausgesandten Visitatoren der Benediktinerklöster in der Salzburger Kirchenprovinz in den Jahren 1451/1452 verwendet hatten (s.o. Nr. 1545; Druck: Niederkorn-Bruck, Melker Reform 222-229). Parallelen und wörtliche Übernahmen sind jeweils im Apparat kenntlich gemacht. Die Kapitelgliederung ist in den Handschriften vorgegeben. Zur besseren Übersicht wurden die Kapitel numeriert und mit Stichworten versehen.

Consultacio dominorum abbatum et fratrum pro reformacione monasterii sancte Marie Suneburg.

1 Suneburg: Sundenburg M.

(*1. Vorgeschichte, Beteiligte, Verlauf*) In Jhesu nomine. Nos Petrus, Eckhardus, Symon, Johannes¹⁾ monasteriorum sancti Petri Salcburge, Ebersperk, Etal, Weyhensteffen Salzburgensis et Frisingensis diocesium abbates necnon fratres Bernhardus prior et Eberhardus de Tegernsee, ad vocacionem, preces et scripta reverendissimi in Christo patris et domini domini Nicolai divina providencia Romane ecclesie tituli , sancti Petri ad vincula presbyteri cardinalis et ecclesie Brixinensis episcopi, necnon illustrium principum Alberti²⁾ et Sigismundi³⁾ ducum Bavarie et Austrie etc. simul et venerabilis domine Verene abbatisse et conventus monialium monasterii Sunenburg, nobis die prefixo in civitate Brixina convenientibus et iuxta cuiusdam cedula continenciam⁴⁾ per prefatum illustrem principem dominum ducem Sigismundum etc. de consensu parcum, scilicet iam dicti reverendissimi patris domini cardinalis etc. ac abbatisse et 10 conventus eiusdem decretam et compactam super reformacionis opere iam antedicti monasterii consiliari et consulere debentibus, visum est nobis fore oportunum et expediens, ut habitudinem et situm loci et personarum eiusdem monasterii personaliter conspiceremus, ut sic tandem pro sacra religionis observancia inibi instituenda sanius et iustius consilium dare possemus. Itaque primitus tam a reverendissimo patre domino cardinali etc. quam ab abbatissa et eius conventu instrumentis necessariis⁵⁾ de 15 manibus notariorum receptis cum facultate plenaria in negocio iuxta nostrum sentire procedendi adivimus monasterium predictum, quo per nos uti preferuntur visitato et viso insuper visitacione eiusdem monasterii dudum incepta et facta, sed nondum plenarie et effectualiter ad finem perducta, verumtamen in scripto per visitatores tunc manu notarii redacta a nobis extitit diligenter perfecta, ipsam tam abbatis- sam quam sorores singillatim denuo ad nos vocavimus, requisivimus, examinavimus et in quibusdam a 20 tempore visitacionis, que ante annum incepta et facta fuerat⁶⁾, emendatas et melioratas reperimus. Gravissimas tamen ipsa abbatissa per totum annum et ultra cum suis consangwineis ceterisque nobilibus fecerat expensas ac pretextu querelarum quarundam et appellacionum⁷⁾ contra reverendissimum patrem dominum cardinalem antedictum etc. per eandem abbatissam hinc inde motarum ipsum prefatum monasterium non modicum dampnificavit; denique tam ipsam abbatissam quam singulas sorores 25 reperimus contra regularem observanciam et sanctum ordinem ex ignorancia et fragilitate in multis deliquisse. Conspeximus preterea diligenter et audivimus eiusdem monasterii privilegia et monumenta, registra reddituum, introitum et exitus atque defectus et gravamina plurima et cetera, que nobis videbantur accomoda et oportuna.

(*2. Ausstellung der Charta*) Hiis itaque peractis prefato reverendissimo in Christo patri domino nostro 30 cardinali etc. pro reformacione dicti monasterii Suneburg iuxta tenorem cedula, de qua supra fit mencio, consilium dare paravimus, quod nobis secundum deum et conscientiam iustum videbatur et sanum, a sancta sancti patris Benedicti regula omni discrecione precipua simul et sanctorum patrum institutis sew iuribus scriptis in nullo recedere volentes aut declinare, sed nec eisdem per huiusmodi nostra consilia

² Eckhardus: Eckhardus I. | 3 Ebersperk: Ebersberg I M. | Weyhensteffen: Weichensteven I, Weyhensteffen M. | 4 fratres: fehlt M. | Tegernsee: Tegernse I M. | 8 Sunenburg: Sundburg M. | 9 cedula: zedula I czedula M. | 13 sacra: sacre M. | 20 singillatim: sigillatim I M. | ad nos: fehlt M. | 28 et²: fehlt B. | 31 Suneburg: Sunneburg I, Sundenburg M. | cedula: zedula I, czedula M.

¹⁾ Zu den genannten Äbten s.o. Nr. 4232 (1455 Februar 17).

²⁾ Albrecht III., Herzog von Bayern-München.

³⁾ Herz. Sigismund von Österreich.

⁴⁾ S.o. Nr. 4193 (1454 Dezember 31).

⁵⁾ S.o. Nr. 4232 (1455 Februar 17).

⁶⁾ Die Visitation durch die Tegernseer Mönche Bernhard von Waging und Eberhard von Wolfratshausen vom 29. November 1453, die auch dieses Mal wieder anwesend waren. S.o. Nr. 3737-3739. Der angesprochene Visitationsbericht liegt nicht vor. Nicht aufgefunden wurde auch der bei B. Pez, *Bibliotheca Ascetica antiqua-nova VII*, Regensburg 1725, prafatio, Nr. 21 (ohne Seitenzählung) erwähnte Visitationsbericht von Bernhard von Waging, der in der Bibliothek von Weihenstephan vorhanden war (biernach erw. bei Wessinger, Kaspar Aindorffer 211; P.A. Lindner, Äbte und Mönche der Benediktiner-Abtei Tegernsee I, München 1897, 90). Ob es sich dabei um den hier genannten Bericht der Visitation vom November 1453 handelte oder um eine Kopie von Nr. 4248, muss offenbleiben. Der bei Treusch, Bernhard von Waging 51, nach W. Höver, in: *Verfasserlexikon 1* (1978) 780, genannte Visitationsbericht Bernhards von Waging ist eindeutig Nr. 4248.

⁷⁾ S.o. Nr. 4043, 4093.

35 quomodolibet intendimus preiudicare. Sunt autem hic infra posita, que nostro iudicio pro reformacione facienda iuxta loci ipsius et personarum dispositionem oportet servari atque in scriptis, ne facile aboleantur, expedit ponit.

(3. *Chorgebet*) Quoniam scriptum est: „Primum querite regnum dei“⁸⁾, ab opere dei incipimus, cui sanctus pater Benedictus nichil preferendum demandat. Suademos et consulimus, ut divinum officium in 40 omni loco et signanter in choro cum morum gravitate reverenter, clare et distincte cum suis singulis ceremoniis in eodem ordine communiter consuetis omnibus levitatibus, clamoribus ac ceteris insolenciis omnino pretermissis, legendo, psallendo et cantando devocius persolvatur.⁹⁾ Insuper ut ipsa divina officia congruis horis ordinate peragantur etc., de istis omnibus postea a personis religiosis in observancia regulari bene exercitatis et quam cicius fieri poterit in ipsum locum advocandis clarius et distinctius 45 per successum dierum informabuntur. De gravaminibus autem circa divinum cultum rarissimis et multis consulendum necessario et subveniendum erit. Et videtur nobis, quod quantum ad multa vel quasi ad singula se conformare debeant, prout comode fieri poterit regule et ritibus Romane rubrice, que in reformatis eiusdem ordinis monasteriis tam monachorum quam monialium observatur, salvis nichilominus consuetudinibus iustis et bonis, que huic specialiter competit loco. De hiis eciam posterius a 50 personis religiosis sibi commorantibus¹⁰⁾ per successum dierum informaciones recipient, si tamen in regulari observancia persistent.

(4. *Äbtissin*) Nunc deinde exordium sumentes a capite, cuius diligencia et solicitudine sicut reformacionis negocium prosperari, ita ob sui torporem et ignaviam non ambigitur in preceps corru et a cepto cicius declinare. In primis igitur necesse videtur, quod abbatissa monasterii Sunneburg pro tempore 55 existens, cui sue suarumque sororum anime pariter et conscientie sunt commisae, et ex cuius diligencia vel neglectu omnis in monasterio regularis observancie profectus provenit aut defectus, secundum regularia et canonica instituta sit frequenter cum sororibus diebus et noctibus in choro, capitulo, refectorio et dormitorio, nisi ex rationabili et iusta causa interesse non possit.¹¹⁾

(5. *Verwalter der Temporalien, Rechnungslegung, bauliche Anlagen*) Insuper yconomum seu dispensatorem vi 60 rum providum et honestum laicum ipsa unacum conventu instituat, qui redditus monasterii atque productus diligenter colligat et conscribat, omnia necessaria pro conventu et familia procuret. De perceptis et expositis singulis quatuor anni temporibus ipsi abbatisse et sororibus fidelem rationem faciat salvis nichilominus iuribus scriptis.¹²⁾ Non tamen secum retineat notabilem pecunie quantitatem, scilicet ultra marcas Veronensis viginti¹³⁾, sed abbatisse et sororibus ad depositorum consignet. Et reserventur tam 65 deposita pecunia quam eciam sigillum conventus unacum privilegiis monasterii sub clavibus ad minus tribus, quarum unam habeat abbatissa, alteram decanissa, terciam ex sororibus una.¹⁴⁾ Sane rebus ut nunc

35 que: fehlt M. 39 preferendum: preponendum M. 42 ipsa: fehlt M. 47 ad: fehlt B. 52 sumentes: sumentes I. 54 quod: ut IM. | Sunneburg: Sunneburg M. 56 profectus: ü.d.Z. IM. 59 yconomum: iconomum IM.

8) Mt. 6,33. Zur Verwendung dieser Stelle im Visitationsformular des Johannes Schlittpacher OSB (1403-1482) vgl. Halauer, NrK und die Visitation 88 Anm. 89 (ND 2002, 248). Vgl. auch Regula Benedicti, c. II 35, ed. Hanslik (CSEL 75), 25f.

9) Vgl. Nr. 3739 Z. 51-62. Ähnlich schon die Visitationscharta für das Frauenkloster St. Peter zu Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 1^r), die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 1^r) und das Visitationsformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 223.

10) Gemeint sind die reformierten Benediktinerinnen und -nonnen, welche dauerhaft in der Abtei installiert werden sollten; s.u. Z. 100-102, 110-127, 221-227

11) Vgl. dieselbe Regelung in Nr. 3739 Z. 28-31.

12) Die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg sah vor, dass die Äbtissin die Rechnungsbücher mehrmals im Jahr vier Schwestern vorlegen sollte; Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 4^r.

13) D.b. 20 Mark Berner Pfennige, die übliche Währungseinheit in Tirol.

14) Diese Regelung ist bereits in der Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg enthalten; Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 4^r (im Anschluss an die Anordnung, ausgehende Briefe dem Konvent vorzulesen und dessen Zustimmung einzuholen): Und darumb wellen wir ernstleich, das des convents insigel sey ze mynnist mit drew gründen slossen und schlusselen versichert, dy all oder zwen schlussel sullen two swesteren mit gunst und wissen des conventz in fleyssiger huet haben.

stantibus videretur nobis consultum, quod reverendissimus in Christo pater dominus noster cardinalis etc. atque illustris princeps dux Sigismundus etc. simul unanimi consensu aliquem, uti prefertur, si comode fieri posset, monasterio Sunneburg in dispensatorem ponerent providum atque fidelem virum¹⁵⁾, qui ageret modo ut supra aut alio meliori, et hoc expediret propter certas causas. Provideat 70 eciam abbatissa quam cicius poterit sibi et sororibus infra clausuram aque ductum vel fontem¹⁶⁾; insuper structuras necessarias: dormitorium, vestiarium, infirmariam cum reliquis requisitis fieri disponat.

(6. Einhaltung der Gelübde, Eigenbesitz) Deinde ad communitatem procedendo placet sicuti fieri oportet, ut a singulis ipsius monasterii sororibus canonice professis tria essencialia regularis professionis, obedi- 75 encia scilicet monastica, continencia perpetua voluntariaque paupertas, perpetue diligentissime obser- ventur¹⁷⁾; quorum observancia post emissum professionis votum de necessitate constat esse salutis. Insuper nulla eiusdem monasterii monialis nec per se nec per alium occulte seu manifeste aliquid ad adpropriandum sibi acquirat, nec ab amicis seu quibuslibet aliis pecunias aut munera oblata percipere aut aliquid dare alicui audeat vel presumat sine speciali licencia abbatisse. Neque pro futuro fieri debeat distribucio pecuniarum, panis, vini, caseorum et huiusmodi ad victum pertinencium, sed pariter in 80 communi refectorio vescantur et remanentie potus et ciborum a nulla pro sui usu privato exportentur, sed in communi reservatorio ponantur aut certe pauperibus distribuantur.¹⁸⁾ Nulla eciam sororum de quacumque re sibi data aut concessa dicere presumat „meum“, sed „nostrum“ debet nominare, sed neque litteras mittere aut recipere sine superiorum licencia presumant.

(7. Refektorium, Fleischgenuss) Et ut omnis occasio huius nequissimi vicii penitus afferatur, tamquam 85 necessarium consulimus, ut singulis sororibus in victu, amictu et aliis necessariis per cellarariam, per abbatissem de consensu conventus institutam, que una de sororibus esse debet, competenter et honeste provideatur.¹⁹⁾ Super quo eciam decanissa superintendere tenetur, scilicet, quod cibi debite coquantur, disponantur, condiantur, alternentur et ad prandium quatuor, ad cenam vero tria fercula, dum autem ieunant, quinque fercula habere possunt.²⁰⁾ Et quilibet sororum seorsum comedat ex scutella singulari; 90 similiter potum pro se ipsa quilibet accipiat ex vase speciali et ipsa vasa sint in equali mensura; et detur potus ad necessitatem. Hora autem refectionis una ad hoc ipsum iuxta regulam deputata aliis comedenti- bus et silentibus legat ex libro in wlgari.²¹⁾ Et hoc idem fiat, cum ieunant. Et ante completorium potum

78 percipere: recipere I. 79 presumat: em. presummat B I M. 83 presumat: em. presummat B I. 84 pre- sumant: em. presummant B I. 86 amictu: em. amicto. 90 scutella: scultella B. 91 potum: fehlt M. accipiat: recipiat I M.

15) Er soll offenbar ein Laie sein (s. Z. 60), der das Stiftsvermögen analog zu den Kirchpröpsten der Pfarreien verwaltet. Dies entsprach den früher geäußerten Reformforderungen des NvK; vgl. Nr. 3855 Z. 29f. (ain gemaian amptman). Zur Einsetzung eines Verwalters als Reformmaßnahme vgl. Seibrich, Episkopat und Klosterreform 314f.

16) Der Bau eines Brunnens war bereits in Nr. 3739 Z. 46f. angemahnt worden.

17) Vgl. Nr. 3739 Z. 48-50; ähnlich bereits die Visitationscharta für St. Peter zu Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 2^r), die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r) und das Visitati- oniformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 225.

18) Vgl. dieselbe Anordnung in der Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r.

19) Vgl. Nr. 3739 Z. 38-40.

20) Zur Anzahl der Gänge während der Mahlzeiten vgl. die Bestimmungen in den Consuetudines von Subiaco und Melk; ed. J.F. Angerer, Caeremoniae regularis observantiae sanctissimi patris nostri Benedicti ex ipsius regula sumptae, secundum quod in sacris locis, scilicet Specu et monasterio Sublacensi practicantur (Corpus Consuetudinum Monasticarum XI 1), Siegburg 1985, 96-98; ed. J.F. Angerer, Breviarium Caeremoniarum monasterii Mellicensis (Corpus Consuetudi- num Monasticarum XI 2), Siegburg 1987, 69f.

21) Die Visitatoren stellten also – wie bereits NvK zuvor (vgl. Nr. 4164 Z. 23-25) – durchaus in Rechnung, dass die adligen Nonnen in Sonnenburg kein Latein verstanden. Dennoch wurde die Visitationscharta – anders als für St. Peter und Nonnberg in Salzburg – lediglich auf Latein ausgestellt, was für die Äbtissin in der Folgezeit als Hauptangriffspunkt gegen die Umsetzung der darin angeordneten Reform diente. Vgl. Nr. 4291f., 4331, 4340, 4355. Vgl. auch die Visitationscharta für St. Peter zu Salzburg; MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 5^r: Item so die regel sant Benedicten vil satzung und ordnung beschleust, dar umb ermanen wir, das die regel offt in deutzsch in dem capitel und in sunder gelesen werd, das die schwester dester pas wissen, dar nach ze leben. Die Visitationscharta für

recipient pro collacione. Suo modo ceteris diebus, dum non ieunant, iuxta regule tradicionem ante
95 completorium in unum collecte audiant de scripturis sacris lectionem. Dum vero comedunt de cibis regularibus, prout fieri poterit, reficiende sunt infirmis et debilibus demptis, quibus extra refectorium in loco apto sew aptando, scilicet infirmaria, esus carnium et cocture aut brodia de carnis ad virium reparacionem iuxta regulam ministrare permittitur.²²⁾ Sed sanis et fortibus nequaquam, nisi, ut dicitur,
100 pro tempore esculentorum regularium tanta haberetur penuria, ut misericordia merito et iuste posset impendi atque per abbatissam religionis ac observancie sacre zelum habentem aut confessores discretos et expertos monachos bona conscientia et de consilio ordinarii, ut in communi refectorio aut alio in loco ipsis simul comedentibus super esu carnium dispensare iustum videretur.²³⁾ Et non placet nobis neque videtur expediens, ut in scripto ponantur et nominentur certi dies, quibus conventionaliter in communi licitum sit carnibus vesci, sed causa iusta cessante huiusmodi esum iuste excusante cesseret eciam
105 indultum. Posset eciam fortasse aliquando pietatis gratia alicui de sororibus vel simul pluribus alia causa cessante propter ipsum sexum²⁴⁾ rationabiliter esus carnium concedi, quod tamen, ne nimium frequenter, omnimodis cavendum est. Verum consideracionem in eiusmodi piam habere possunt abbatissa et decana zelum habentes iustum et sanctum una cum consilio confessorum.

(8. Benediktinermönche als Beichtväter, Sakramentenempfang) Et quia ignorancia aut fragilitate impellente humana quotidie labimur in peccata multa, necesse habemus medelam salutis, quam, quia nobis ipsis im-
110 pendere nequimus, medicos animarum ydoneos adire debemus.²⁵⁾ Hinc placet nobis et consulimus, ut tamquam pro firmamento fundande regularis observancie advocentur fratres monachi ordinis sancti Ben-
edicti duo vel tres de observancie regulari bene famati, devoti et timorati, qui pro abbatissa et sororibus

97 cocture: quocture M. | brodia: prodia B M. 99 misericordia: misericordiam B. 102 dispensare:
dispensari M. 105 fortasse: fehlt B. 110 habemus: folgt querere M. 113 duo – tres: a.R. eingefügt M.

Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 4^r) sah sogar vor, das disew kartt zu minsten alle quattember in dem capitel gemainkleich vor allen swestern gelesen werd. Die Visitationscharta für Sonnenburg (Nr. 4248) war demgegenüber offenbar nicht zum Vorlesen vor dem Konvent bestimmt. Zum Problem der Lateinkenntnisse in Nonnenklöstern vgl. E. Schlotheuber, Sprachkompetenz und Lateinvermittlung: Die intellektuelle Ausbildung der Nonnen im Spätmittelalter, in: N. Krüppa, Kloster und Bildung im Mittelalter (Veröffentlichungen des Max-Planck-Instituts für Geschichte 218; Studien zur Germania Sacra 28), Göttingen 2006, 61–87.

22) Das Thema der Abstinenz vom Fleischgenuss lag insbesondere dem Mitvisitator Bernhard von Waging am Herzen. Er hatte sich bereits früher kategorisch gegen eine Dispens für Sonnenburg ausgesprochen; s.o. Nr. 3824 Z. 37–45. Auch NvK selbst hatte vormals gesunden Nonnen den Fleischgenuss generell untersagt; s. Anm. 23. Die übrigen Visitatoren waren dieser Position offenbar nicht gefolgt, sondern ließen das Argument der Nonnen gelten, dass in dieser Gegend zu bestimmten Zeiten Fisch und Eier kaum zu bekommen seien. Allerdings sollte die Äbtissin nicht nach eigenem Gutdünken über die Dispens entscheiden, sondern de consilio ordinarii (= NvK, Z. 101) und gemeinsam mit den reformierten Benediktinermönchen, welche die Observanz der Nonnen überwachten und anstelle der bisher angestellten drei Kapläne (s. Anm. 26) als Beichtväter dienen sollten. Zur zeitgenössischen Diskussion um den Fleischgenuss vgl. W. Höver, Art. Bernhard von Waging, in: Verfasserlexikon 1 (1978) 780–782; Treusch, Bernhard von Waging 204–233; dies., Bernhard von Waging. De esu carnium in theologischer und historischer Perspektive, in: F.X. Bischof/M. Turner (Hg.), Die benediktinische Klosterreform im 15. Jahrhundert (Veröffentlichungen des Grabmann-Institutes zur Erforschung der Mittelalterlichen Theologie und Philosophie 56), Berlin 2012, 143–158.

23) In der Formulierung ist noch das strenge, von NvK persönlich angeordnete Fleischverbot enthalten, das hier jedoch durch großzügige Dispensmöglichkeiten aufgeweicht wird; vgl. die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r: Aber den gesunden und starken swestern schol das fleisch nit geben werden wider dye regel, als uns der obgenant herr und legat nämlich enpfolichen hat und all dispensacion und urlaub dawider in chrafft seiner brieff wider rueft und vernicht; nuer allain der gemelt legat oder ander pabstleicht darin ein verhengnuss tätt. Gegen diese strengen Fastenregeln hatten sich die Nonnen von Nonnberg erfolgreich gewehrt; s.o. Nr. 3447, 3543, 3677, 3790.

24) Vgl. eine ähnliche Dispensregelung in der Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r: Doch nach weibleicher plodikait mag dy abtessin oder techantin mit vernuft und peschaidenhait underweillen verhengen ainer swester oder mer zwir ze essen.

25) Die gleiche Formulierung in der Visitationscharta für das Kloster Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 1^r).

confessores et in religionis disciplina directores instituantur et loco capellanorum teneantur.²⁶⁾ Quibus eciam locus aptetur pro habitacione, scilicet iuxta capellam sancti Vigilii²⁷⁾, qui eciam hospitale²⁸⁾ cum reliquis capellis loco sacerdotum secularium cum divino cultu provideant. Et si unus eorundem abilis et ydoneus fuerit, poterit ei unacum abbatissa regimen et cura monasterii eciam in temporalibus committi. Debent autem tam abbatissa quam singule sorores confiteri per quindenam administrum semel in loco, qui ad hoc disponi debet.²⁹⁾ Communioni vero dominici corporis et sangwinis participant in omnibus maioribus festivitatibus, in qualibet dominica prima cuiuslibet mensis. In adventu autem et quadragesima singulis diebus dominicis iuxta morem communem nisi de consensu aut consilio confessorum duxerint abstinentiam. Sunt autem communicande in choro ipsarum superiori altari ibidem existente. Possunt eciam per eosdem confessores infra clausuram tempore necessitatis visitari, dum casus et causa occurserunt, ut cum sacramentis ad sorores infirmas aut dum oriretur aliquid grande, propter quod esset necesse ipsas sorores visitare; non tamen de facili nec frequenter hoc fiat neque per unum solum.³⁰⁾

(9. Klausur) Item, quia claustrum a claudendo nomen accepit, pro castitate stabilitateque ac omni monastica puritate conservandis multis insuper malis malorumque occasionibus vitandis ipsa monasterii clausura firma et continua summe necessaria videtur, tam pro abbatissa quam sororibus. Placet ergo, ut iuxta regule et sacrorum canonum dispositionem in certis locis clausura debita ad presens fieri ordinetur iuxta dispositionem monasterii, quoque melius pro futuro fieri possit, ne cuiquam ingredi aut egredi pateat libertas, quin et personis laycis, precipue viris, ne quacumque occasione iusto necessitatis articulo

116 loco: loca M. 117 cura: curam M. 131 pateat: patet M.

26) Bereits 1453 hatte NvK darauf gedrungen, dass die Sonnenburger Nonnen und auch das Gesinde nicht bei den in Sonnenburg ansässigen Kaplänen beichten durften, sondern beim Pfarrer von St. Lorenzen bzw. von Pfalzen; s.o. Nr. 3064. Wie aus einem Brief der Äbtissin an den Mgf. Wilhelm von Hochberg von 1455 Juni 10/13 (INNSBRUCK, TLA, Cod. 2336 p. 257-260; s. künftig AC II 4 unter dem Datum) hervorgeht, waren drei Kapläne in Sonnenburg ansässig, darunter der mehrfach genannte Notar Hans Würzburger. Er dürfte die heute nicht mehr vorhandene St. Gotthardskapelle in Überwiesen betreut haben, s.o. Nr. 2730 Z. 13. Ein weiterer Kaplan, Albertus Guldein, wird in Nr. 4232 genannt (vgl. auch Nr. 3594 Anm. 3). Er hatte die Kapelle St. Martin in der Pfarrei St. Lorenzen im Pustertal inne. Der dritte dieser Kapläne dürfte der mehrmals genannte Hainrich sein; s.o. Nr. 3064 Z. 31f.; Nr. 3594 Z. 9. Er ist jedoch nicht identisch mit dem bereits verstorbenen Sonnenburger Spitaler Henricus Andree s.o. Nr. 3594 Anm. 4. Zu den Kaplaneien vgl. auch Knötig, Sonnenburg 22 (mit Abbildungen). — Bernhard von Waging hatte ursprünglich vorgeschlagen, das Kloster Sonnenburg komplett in ein Männerkloster umzuwandeln; s.o. Nr. 3828. Die nun vorgeschlagene Lösung, reformierte Benediktinermönche als Beichtväter und Kapläne fest in Sonnenburg zu installieren, scheint diesen Plan in reduzierter Form wieder aufzunehmen. Möglicherweise schwieben den Visitatoren, darunter der Abt von St. Peter zu Salzburg, auch die Verhältnisse in Salzburg vor, wo die Petersfrauen dem reformierten Benediktinerkloster St. Peter angegliedert waren.

27) Die Vigiliuskapelle lag innerhalb der Klosteranlagen von Sonnenburg am Kreuzgang unmittelbar neben dem Klausurbereich (vgl. Knötig, Klosteraufhebung 273, 275 mit Lageplan; Knötig, Sonnenburg 95, 98), während sich die Kapellen der bislang als Beichtväter dienenden Sonnenburger Kapläne außerhalb befanden (s. Anm. 26). Die betreuenden Mönche sollten also auch räumlich unmittelbaren Kontakt mit den Nonnen halten und auch in den Klausurbereich eindringen können (s. Z. 122-125).

28) Das St. Johannshospital bei Sonnenburg war dem Kloster inkorporiert und wurde üblicherweise mit einem Kaplan der Abtei besetzt. Nach dem Tod des letzten Hospitalars hatte NvK dieses jedoch seinem Familiaren Heinrich Pomert übertragen, der hier aber nicht zu residieren beabsichtigte. Das daraus entstandene Seelsorgedefizit sollte nun durch die Benediktinermönche ausgeglichen werden, obwohl – wie die Suppliken der rivalisierenden Kandidaten Pomert und Mack einhellig angeben (s.o. Nr. 4123, 4132) – die Pfründe gar nicht mit Seelsorge verbunden war. Zum Streit um das Hospital s.o. Nr. 4123f., 4132f., 4149-4151. Zu der von der Äbtissin eingeforderten Residenzpflicht des Hospitalars vgl. ihren Brief von 1455 Juni 10/13 (INNSBRUCK, TLA, Cod. 2336 p. 257-260; s. künftig AC II 4 unter dem Datum).

29) Vgl. die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r: Darumb schullen dy schwestern all wochen oder zw mynnisten in vierczehen tagen aynst peichtig werden einem gelerten und gotforichtigen priester durch ein venster und all monadt das heylig sacrament gottesleichnam enphahen; des geleichen schullen sy auch tuen zu grossen hochzeitten.

30) Zu diesen Mönchen s. auch oben Z. 49-51, 100-102.

dempto claustrum monialium ingredi presumant, strictius prohibeatur. Claves vero pro singulis clausuris quoad ingressum et exitum monasterii domino ordinario³¹⁾ committimus per abbatissam disponendas et conservandas, ut eidem ordinario melius expedire videbitur. Insuper consulimus rotam³²⁾ fieri in loco magis apriori, per quam eciā abbatissa sew cellararia per provisorem sew dispensatorem laycum fidelem³³⁾ necessitates monasterii agere posset et singula pro usu quotidiano competenter ordinare. In casibus vero, in quibus abbatissa egredi cogitur sew alia quecumque soror, nostrum discernere non est, sed capitulo „Periculoso“³⁴⁾ de clausura monialium innitentes, cui nec addere nec minuere nec contra illud consulere debemus aut possumus; quod reliquum est, ordinario simul et monialium huiusmodi confessorisibus discretis committimus, si monachi fuerint. Et si causa sew casu occurrente aliquam de sororibus longius exire oporteat, eidem terminus redeundi prefigatur, infra quem, si reversa non fuerit, iuxta demeriti qualitatem penam subeat regularem.³⁵⁾

(10. *Ausgang für Prozessionen, Garten, Badehaus*) Neque processiones extra monasterium habere debebunt, sed dum in certis anni temporibus et festivitatibus ecclesiastico more processiones fiunt, infra ipsius monasterii limites, puta ad ecclesiam et ambitum, easdem facere possunt.³⁶⁾ Pro spacio et solacio causa recreacionis estivo tempore possunt interdum simul exire ad ortum in monte situatum³⁷⁾, qui ad hoc debet aptari et terminos montis non transgredi, exclusis personis secularibus. Nulla proinde nec ipsa abbatissa deinceps egredi debet ad peregrinacionem faciendam ad limina sanctorum sew ad nupciis interessendum, neque ad balnea aut termas sine ordinarii licencia speciali. Sed balneum debet aptari infra ipsius monasterii clausuras, prout fieri poterit.³⁸⁾

(11. *Kapitelsitzungen und Schuldbekenntnisse*) Item capitula quotidiana pro quotidianis monitionibus sew correctionibus culparum secundum regularem morem nullatenus negligantur.³⁹⁾ In quibus capitolis abbatissa aut decana presideat, ubi post lectionem regule et alia, que ibi pro tempore fiunt, sorores de suis culpis iuxta morem se ipsas humiliter accusant vel per presidentes admonite eas humiliter recognoscant et puniantur iuxta culparum exigenciam absque personarum acceptione. Preterea culpas generales singulis sextis feriis dicant, nisi festum impedit.⁴⁰⁾

132 claustrum: claustra *I M.* | monialium: folgt aut loca *I M.* | presumant: em. presummant *B I M.*
133 exitum: folgt ipsius *I.* | monasterii: folgt ipsius *M.* 135 eciā: folgt ipsa *I M.* | sew¹: sua *M.* 147 exclusis: folgt omnino *M.*

³¹⁾ *NvK. Die Äbtissin hatte sich bereits früher über eine solche Regelung beklagt; s.o. Nr. 3855 Z. 27f.*

³²⁾ *D.h. eine Seilwinde zum Heranziehen von Lasten. Die Formulierung legt nahe, dass eine solche Vorrichtung bereits existierte, der Ort jedoch nicht geeignet war, um die Nonnen in der Klausur zu versorgen.*

³³⁾ *S.o. Z. 59-61.*

³⁴⁾ *VI 3.16.1, ed. Friedberg II 1058. Für NvK war diese Dekrete Dreh- und Angelpunkt seiner Forderung nach einer strengen Nonnenklausur; vgl. Nr. 2535, 3993, 4044, 4164.*

³⁵⁾ *Vgl. die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r), welche eine verspätet heimkehrende Nonne als ayne, dy von dem orden fluchtig ist, behandelt.*

³⁶⁾ *So auch die Visitationscharta für St. Peter zu Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 4^r) und die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r-4^r.*

³⁷⁾ *Zu diesem Garten vgl. Knötig, Klosteraufhebung 275.*

³⁸⁾ *Eine solche Badestube ist in den Akten der Visitation des B. Georg Golser von 1477 erwähnt; s. Knötig, Klosteraufhebung 234.*

³⁹⁾ *Die gleiche Regelung findet sich in der Visitationscharta für St. Peter zu Salzburg; MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 2^r. Ähnlich auch die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg; Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r. Vgl. auch das Visitationsformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 224.*

⁴⁰⁾ *Gefordert ist hier offenbar ein formellhaft an jedem Freitag vorzutragendes allgemeines Schuldbekenntnis, wie es z.B. die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg formuliert; Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 4^r: „Ich sag mein schuld dem almächtigen got und dem heyligen herren sand Benedicten und der ganczen sammung und euch, fraw, von ersten, das ich dye heylig regel nicht gehalten nach meinem vermugen. Von der heyligen gehorsam und erwirdigchayt, dye ich euch, fraw, und allen anderen meinen swesteren nit erzaigt hab. Von dem heyligen gotzdinst, den ich nicht hab verbracht mit fleyss. Von dem heyligen sweigen, das ich nit hab gehalten an verpotten steten und zeytten. Von überflussichayt essens und trinkchen, gewants und slaffs und von meynem aygen willen, den ich oft unrechtlich nachgevoligt hab und von vil posen sytten*

(12. Schweigegebot) Item, quia silencii virtus est pacis custos et sacre religionis precipuum decus⁴¹⁾, suademus prout expedit, ut ,in oratorio, dormitorio, refectorio‘, sicut sacri canones edocent, ,continuum silencium firmiter observetur⁴²⁾ Aliis vero horis et locis prout expedit, potissime tamen post completo-rium et deinceps usque in mane sequentis diei post capitulum, ut sancta regula iubet⁴³⁾, silencium 160 sumnum atque strictissimum ab omnibus custodiatur, excepta necessitatis aut magne utilitatis causa.

(13. Kleidung der Nonnen) Item vestiarium pro sororibus deputetur cum pannis laneis et lineis ac cetero-rum singulis ad vestitum et lectisternia sororum pertinentibus, que per sororem sollicitam conserventur et aliis sororibus, que fuerint necessaria, per eandem ministrentur, ita quod de communi vestario singule sorores solo victu excluso cetera corporis necessaria petant.⁴⁴⁾ Et nobis videtur pro singulis sororibus 165 sufficere loco camisearum linearum in iure⁴⁵⁾ et regula prohibitarum⁴⁶⁾ duas tunicas albas nocturnales‘ laneas, unam vel duas tunicas longas sub habitu immediate deferendas de panno mediocri, ,unam cucul-lam⁴⁷⁾‘ manicatam, ,que dicitur floccus⁴⁸⁾‘, non tamen capuciata, ,duo scapularia⁴⁹⁾‘, unum deferendum tempore diurno, aliud dum dormiunt tempore nocturno. Item debent habere pellicia longa, andronicas, calciamenta, pepla⁵⁰⁾, capitalia et alia necessaria qualiacumque, superfluitate nimia et curiositate penitus 170 pretermisis. Extra monasterium palliis uti debent, nigris tunicis equaliter longis, et que sunt velate; num-quam sine velo audeant hominibus apparere. Vestimenta autem quoad longitudinem debent modicum contingere terram neque ulterius protendi. Capillature sew capititis ligature debent esse religiose prout de-cet. Pellicia, andronice sew tunicarum subducture possunt esse de pellibus ovinis, wlpinis, aspriolinis.⁵¹⁾

(14. Betten) ,Stramenta lectorum‘ debent esse, ut regula tradit⁵²⁾ et communis observancia tenet, 175 ,stropodium⁵³⁾, filtrum⁵⁴⁾ sive matracium de lana, duo linteamina lanea, tecture quantum exigit indigen-cia‘, pulvinar capitale, idest cussinum de plumis cum pannis et mitris capitalibus.⁵⁵⁾

168 capuciata: capuciatum *M.* | scapularia: scarpularia *M.* 174 Pellicia: pellicea *I M.* 176 linteamina: lintheamina *I M.*

und exemplel. Von den sunden und von allen andern schulden und unfleyss. Sag ich mein schuld dem almächtigen got und sand Benedicte und der ganczen sammung und euch, fraw.“ *Die Nonnberger Schwestern mussten dieses Schuldbekenntnis jedoch nur einmal im Monat in der Kapiterversammlung vortragen.*

⁴¹⁾ Die Formulierung folgt dem Visitationsformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 224f.

⁴²⁾ Wörtliche Übernahme aus X 3.35.6 (*Cum ad monasterium*), ed. Friedberg II 599f. hier 599. Vgl. die Visitations-charta für St. Peter zu Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 2^r), ähnlich auch die Visitationscharta für Nonn-berg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r).

⁴³⁾ *Regula Benedicti*, c. XLII 1, ed. Hanslik (CSEL 75) 104.

⁴⁴⁾ Vgl. Nr. 3739 Z. 40-44.

⁴⁵⁾ X 3.35.6 (*Cum ad monasterium*), ed. Friedberg II 599f. hier 599; Clem. 3.10.1 (*Ne in agro*), ed. Friedberg II 1166-1168, hier 1166.

⁴⁶⁾ Vgl. *Regula Benedicti*, c. LV 7, ed. Hanslik (CSEL 75) 128.

⁴⁷⁾ Cuculla, auch cucullus: Mönchskutte; s. Niermeyer, *Lexicon I* 373; Simmler, *Lexikalische Entwicklungsetappen 164-167*.

⁴⁸⁾ Floccus, auch broccus: Mönchsgewand; s. Niermeyer, *Lexicon I* 661. Vgl. auch Schmeller, *Bayerisches Wörterbuch I 787 mit der deutschen Entlehnung „Flocken, Flucken“*. Vgl. Simmler, *Lexikalische Entwicklungsetappen 169*.

⁴⁹⁾ Scapularium: Umbang; s. Niermeyer, *Lexicon II* 1230; Simmler, *Lexikalische Entwicklungsetappen 167f.*

⁵⁰⁾ Nonnenschleier; s. du Cange, *Glossarium VI* 263.

⁵¹⁾ Die Liste der Kleidungsstücke beruht auf dem Visitationsformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 226 (wörtliche Übernahmen sind gekennzeichnet), das jedoch stark modifiziert und erweitert wurde. Vgl. auch die Auflistungen der Kleidung für die Nonnen in der Visitationscharta für St. Peter in Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 3^r) sowie in der Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r) und Nr. 3739 Z. 40-45. Die Angaben sind jedoch weniger detailliert als in Nr. 4248. Zur Kleidung der Nonnen vgl. auch Torggler, *Verbotene Farben 127-131*.

⁵²⁾ Vgl. *Regula Benedicti*, c. LV 15f., ed. Hanslik (CSEL 75) 130.

⁵³⁾ Heumaratze; vgl. du Cange, *Glossarium VII* 608.

⁵⁴⁾ Filzmatratze; s. Niermeyer, *Lexicon I* 559f.

⁵⁵⁾ Vgl. das Visitationsformular, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 227 (wörtliche Übernahmen gekennzeichnet). Ähnlich auch die Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 2^r-3^r).

(15. *Zellen*) Et cellas debent habere quilibet unam pro se, quam suis temporibus inhabitet; et celle debent iuxta morem habere aperturam; et tam celle quam lecti, prout regula docet, per abbatissam aut de canissam sepius debent visitari, ne forte sorores sine licencia aliquid vel superflua et inutilia retineant⁵⁶⁾; nec debent habere archas seu cistas cum seris clausas. Nulla etiam sororum debet alterius cellam ingredi sine causa et licencia speciali. Post completorum cellas debent intrare et ibi sibi ipsis et deo intendere atque unacum abbatissa, si ipsa non fuerit legittime impedita, simul in communi dormitorio per cellas, ut prefertur, distinctas in id ipsum quiescere et dormire. Possunt tamen tempore frigoris prius in stuba calefieri et etiam in eadem orationes peculiares effundere silencio nichilominus servato, ut prefertur.⁵⁷⁾

(16. *Kranke*) Et quia iuxta regulam⁵⁸⁾ infirmis maxima cura debet impendi, ne in spiritualibus et corporalibus aliquatenus negligantur, ideo suademos, ut infirmaria cum habitacionibus debitibus apto loco fiat, que cum omnibus necessariis, puta stubellis, cameris, lectisterniis cum plumis et lineis speciebus et ceteris per abbatissam, quam cicias poterit fieri, diligenter provideatur. Et ipsa abbatissa unacum decana et cel leraria curam de infirmis habeant diligentem; non tamen pro qualibet levi infirmitate infirmary ingredi permittantur, sed in omnibus servetur mensura et modus. Denique leprosa, que nunc est⁵⁹⁾, humanius et melius pertractetur; suo modo fiat de futuris leprosis.

(17. *Fasten*) Item ieunium regulare tam estatis quam hiemis tempore ab omnibus ipsius monasterii sororibus fideliter servetur, necessariis et rationabilibus dispensacionibus cum sexu fragili semper salvis. Verumtamen, ne quid nimis ad partem utramque, cavendum est igitur, ne in dispensando super huiusmodi ieunio abbatissa vel decana aut certe confessores religiosi nimis faciles aut nimis difficiles inveniantur. Siquidem cum sexu femineo ex certis respectibus in huiusmodi micio quam cum viris agendum est, ita tamen, ut medium servetur et deus in omnibus glorificetur. Omnibus autem simul sororibus relaxare ieunium culpabile erit nec digna reprehensione carebit, casu necessitatis dempto vel festo solempni.

(18. *Mißiggang*) Item, quia ocium est sentina malorum, consulimus, ut sorores suo tempore iuxta regule decretum⁶⁰⁾ labores manuales exerceant et numquam ocio nisi sancto vacare permittantur, sed deputentur eis opera, que statui congruunt earundem.⁶¹⁾

(19. *Aufnahme von Novizen, Novizenmeisterin*) Item, quia continuacio vite regularis ex' personarum ,collectione et earum religiosa institutione multum dependet⁶²⁾, consulimus, ut una ex sororibus matura et zelum habens velud magistra instituatur noviciarum aut certe de alio reformato monasterio adducatur, que eas dirigat et instruat in moribus et regulari disciplina eisque omni loco et tempore diligenter superintendat; et cum tempus probacionis expleverint et ad religionem reperte fuerint ydonee, secundum regulam⁶³⁾ faciant sub debita forma professionem expressam, nulla munera receptione aut conviviorum provisione precedente, concurrente vel concomitante, sed solius dei et ordinis intuitu.⁶⁴⁾ Personae ad reli

179 decanissam: decanam M. 190 habeant: *a.R. eingefügt* M. | infirmitate: *a.R. eingefügt*. 194 cum – fragili: *fehlt* B. 197 huiusmodi: eiusmodi M. 198 relaxare: relaxari M. 199 digna: *em. dingna* B. 205 reformato: *fehlt* B. 208 faciant: *em. facient* B M. 209 concomitante: comitante I M.

⁵⁶⁾ Ähnlich das *Visitationsformular*, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 227.

⁵⁷⁾ S.o. Z. 160-163.

⁵⁸⁾ Vgl. *Regula Benedicti*, c. XXXVI, ed. Hanslik (CSEL 75) 95f.

⁵⁹⁾ Über diesen aktuellen Fall einer Leprösen in Sonnenburg ist sonst nichts bekannt.

⁶⁰⁾ Vgl. *Regula Benedicti*, c. XLVIII, ed. Hanslik (CSEL 75) 114-119.

⁶¹⁾ Ähnlich bereits die *Visitationscharta für St. Peter in Salzburg* (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 3^r) und die *Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg* (Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r).

⁶²⁾ Wörtliche Übernahme aus dem *Visitationsformular*, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 227.

⁶³⁾ Vgl. *Regula Benedicti*, c. LVIII, ed. Hanslik (CSEL 75) 133-138.

⁶⁴⁾ Anlehnung an das *Visitationsformular*, ed. Niederkorn-Bruck, Melker Reform 227. Eine ähnliche Regelung findet sich auch in der *Visitationscharta für St. Peter in Salzburg* (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 4^r) und in der *Visitationsscharta für Nonnberg in Salzburg* (Bozen, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3^r).

gionem apte ac disposite nobiles et ignobiles, divites et pauperes iuxta regularia instituta suscipiantur 210
indistincte.⁶⁵⁾ ,Non enim est deus personarum acceptor⁶⁶⁾

(20. *Altäre und Kapelle der Äbtissin*) Item suademos eciam, quod duo altaria abbatisse cum transitu superiori in ecclesia funditus evertantur et omnino amoveantur.⁶⁷⁾ Et si placet, locentur inferius ad ecclesiam. Ianua vero eiusdem transitus versus ecclesiam penitus obstruatur. Et ipsa capella⁶⁸⁾ pro loco capitulari deputetur. Eciam chorus superior versus ecclesiam cancellis artis obfimetur, ne possint videri et eciam 215 chorus in se melius reformetur.

(21. *Installierung von reformierten Nonnen*) Item in summa pro reformacione facienda et sacra regulari observancia in loco instituenda est unum simpliciter necessarium, ut scilicet ponatur solidum fundamentum et cum fratribus sorores⁶⁹⁾, uti superius dictum est⁷⁰⁾, in vita regulari probate advocentur due vel tres, que maneat in loco pro tempore longo vel pocius ad semper, si fieri potest, que unacum monachis 220 sorores in loco iam existentes de singulis dyetim informabunt et eis suo exemplo et verbo sanctam observanciam facilitabunt viamque procedendi in omnibus dabunt, de quibus scribere nimis foret laboriosum, simul et infructuosum, si positum non fuerit iam dictum fundamentum.

(22. *Schluss*) Hec itaque superius descripta nos prius nominati abbates et fratres post maturam et sufficientem deliberacionem visis et auditis singulis ad hoc necessariis aut oportunis pro reformacione ipsius 225 monasterii Sunneburg et sacra regulari observancia ibidem effectualiter instituenda ac firmiter stabilienda, omnes et singuli communiter et divisim concordi voluntate et unanimi consensu secundum deum et iustum conscientiam consulimus et swademus ita uti premittitur fieri, ordinari et observari, salva in omnibus iuris canonici dispositione permanente, cui nos, qui iuris huiusmodi sumus ignari, non intendimus neque debemus aut volumus his nostris consiliis superius descriptis aliquatenus derogare aut contravenire. Denique de ceteris plurimis ad regularem vitam sew observanciam pertinentibus nunc supercedere decrevimus ad prolixitatem nimiam devitandam. Sed omnia et singula hic per nos expresse non posita loci ordinario et fratribus et sororibus in regulari vita bene eruditis atque in dicto monasterio Sunneburg instituendis volumus reservare, qui processu dierum de singulis huiusmodi informacionem dabunt pleniorum. In quorum omnium evidens testimonium, ne cui sinistra de nobis aut aliquo ex nobis 235 suspicio oriatur, nos prenominati Petrus, Ekhardus, Symon, Johannes, sancti Petri Salzburge, Eberspergk, Etal, Weyhensteffen monasteriorum abbates hoc presens scriptum, quia nostra sigilla nobiscum non habuimus, nostris secretis voluimus consignare, sub quibus quidem secretis antedicti fratres Bernhardus prior et Eberhardus de Tegernsee una nobiscum se pariter obligarunt. Acta sunt hec in civitate Brixina die martis quarta mensis marci anno domini millesimo quadragesimo quinquagesimo 240 quinto.⁷¹⁾

210 ignobiles: em. ingnobiles B. 231 vitam sew: fehlt B. 236 Ekhardus: Eckhardus I. 237 Weyhensteffen: Weichensteven I, Weychensteffen M.

⁶⁵⁾ Bislang bestand der Konvent ausschließlich aus adligen Damen. Eine Pflicht zur Aufnahme nichtadliger Novizinnen findet sich auch in der Visitationscharta für St. Peter in Salzburg (MÜNCHEN, HStA, GR 680/10 f. 4r) und in der Visitationscharta für Nonnberg in Salzburg (BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 10 A f. 3v). Vgl. auch Hallauer, NvK und die Visitation 93 mit Anm. 100f. (ND 2002, 250f.). Zum Widerstand gegen die Beseitigung des Adelsprivilegs vgl. auch A. Wendehorst, Der Adel und die Benediktinerklöster im späten Mittelalter, in: J.F. Angerer/J. Lenzenweger, Consuetudines monasticae. Festgabe für Kasius Hallinger (Studia Anselmiana 8), Rom 1982, 333–353; K. Schreiner, Mönchsein in der Adelsgesellschaft des hohen und späten Mittelalters. Klösterliche Gemeinschaftsbildung zwischen spiritueller Selbstbehauptung und sozialer Anpassung, in: Historische Zeitschrift 248 (1989) 557–620, hier 599–615; Seibrich, Episkopat und Klosterreform 684f.

⁶⁶⁾ Röm. 2,11.

⁶⁷⁾ Hintergrund dieser Forderung nach der Entfernung der zwei der Äbtissin vorbehaltenen Altäre ist der Gedanke, die Äbtissin stärker in den Konventsalltag einzubinden; s.o. Z. 54–58.

⁶⁸⁾ Noch im Visitationsdekret des B. Georg Golser von 1477 ist eine eigene Kapelle der Äbtissin erwähnt; s. Knöting, Klosteraufhebung 273. Vgl. auch Knöting, Sonnenburg 95.

⁶⁹⁾ Bernhard von Waging hatte bereits Anfang 1454 vorgeschlagen, observante Nonnen aus Salzburg nach Sonnenburg zu transferieren; s.o. Nr. 3824 Z. 27–32. Bei der Reform des Brixner Klarissenklosters glückte ein solcher Transfer reformierter Nonnen. Vgl. vorerst Hallauer, Klarissenkloster, und künftig AC II 4 zum Datum 1455 September 16.

⁷⁰⁾ S.o. Z. 110–126 zur geplanten Übersiedlung von Benediktinermönchen.

⁷¹⁾ Die Charta wurde noch am selben Tag den Prokuratoren der Äbtissin Konrad von Stuben und Jörg Ragant übergeben; s.u. Nr. 4273 Z. 40-42.